

XXV.

HINCMARI CARMINA ALIQUOT

I.

Epitaphium in honorem Tilpini Præsulis.

[Apud Flodoard., Hist. Eccl. Rhem., lib. III.]

Hac requiescit humo Tilpinus præsul honoris
 Vivere cui Christus Vita et obire fuit.
 Hunc Rhemi populo martyr Dionysius almus
 Pastorem vigilem misit, et esse patrem.
 Quem pascens quadragenis ast amplius annis,
 Veste senectutis despoliatus abit.
 Quartas cum Nonas mensis September haberet,
 Mortua quando fuit mors sibi vita manet.
 Et quoniam locus atque gradus hoc junxerat, Hinc-
 [mar
 Huic fecit tumulum, composuit titulum.

II.

Epitaphium sancti Remigii.

(Require supra in Vita ejusdem.)

III.

In sepulchrum sancti Remigii.

[Apud Flodoard. ibid.]

Hoc tibi, Remigi, fabricavit magne sepulcrum,
 Hincmarus præsul, ductus amore tuo,
 Ut requiem Dominus tribuat mihi, sancte, precatu,
 Et dignis meritis, mi venerande, tuis.

IV.

In altari beatæ Virginis restaurato.

[Apud oram Domini genetricis honore dicatam,
 Cultor ubique suus decoravit episcopus Hincmar
 Muneribus sacris, functus hac sede sacerdos

* Flodoardus lib. III, cap. 15, libros enumerans quos Hincmarus composuit: « Scripsit, inquit, et ad regem Carolum opus quoddam egregium metricè de Gratia et Prædestinatione Dei, de Sacramentis quoque Corporis et sanguinis Christi, et de videndo

A Jam bene completis centenis octies annis,
 Quadraginta simul quinto volvente sub ipsis,
 Cum juvenis Carolus regeret diademata regni,
 Hunc sibi pastorem poscentibus urbis alumnis.

V.

Ad imaginem Dei genetricis in ipso altari positam.

Virgo Maria tenet hominem, regemque, Deumque,
 Visceribus propriis natum de Flamine sancto.

VI.

Carmen inscriptum in libro Evangelii quem Hincmarus donavit ad usum altaris beate Mariæ.

B Sancta Dei genitrix, et semper virgo Maria,
 Hincmarus præsul defero dona tibi,
 Hæc pia quæ gessit, docuit nos Christus Jesus
 Editus ex utero, casta puella, tuo.

VII.

*Ex Ferculo *, Salomonis.*

[Apud Sirmund.]

Agnus, lux mundi, proprio nos corpore pascens,
 In nobis maneat, mansio nostra fiat,
 Agnus, fons vitæ, proprio nos sanguine potans,
 Semper more suo debriet atque regat
 Hic Deus omnipotens, per quem Pater omnia fecit,
 Naturas rerum mutat ut ipse volet,
 Illic cruce nostro creat propriis et munera Verbis
 Fitque caro et sanguis pane liquore suus.
 In cruce nam corpus fixum est, sanguis quoque fusus
 Chrysti, quem in cœna jam dedit ante suis,
 C Cum nos indigni hæc memoramus jussa, Redemptor
 Emptorum pretium munera nostra facit.

Deo, atque origine animæ, simul ac de fide sanctæ Trinitatis; quod opus appellavit Ferculum Salomonis. Quo ex opere Duodenos versus profert Durandus abbas in libro de Corpore et Sanguine Domini contra Berengarium. »